

tificio induta ac alia; & æque diriment matrimonium, nulla proflus discrimini ratio videtur esse in rei veritate, cur in aliis impedimentis nequeat Episcopus dispensare sine ante matrimonium contrahendum, & in hoc possit, vnde neque in hoc poterit, & in terminis ita tenent Thomas Sanchez vbi supra, numero 17, dicens præd. doctrinas minus veras esse, & huius opinionis semper sui contra supradictos antequam Thomas Sanchez sua commentaria in publicum edidisset, quare & nunc eius in hoc sententiam libenter probō, nisi in casu de quo infra statim agemus.

Dubitari etiam potest de alia doctrina eiusdem Emanuel Saam summa, verbo dispensatio, numero 7, dicens, in dubio an egeat res dispensatione posse Episcopum iuxta quorundam probabilem opinionem declarare, non desiderari dispensationem, vel ad cautelam dispensare.

Hæc namque opinio non est omnino admittenda, sed potius distinguendum, vt si omnino res sit dubia, an interuenient impedimentum necne? nulla opus sit dispensatione, quia in hoc dubio præsumitur pro libertate ad contrahendum, & postea tunc Episcopus gratia tollendi scandali, vel scrupuli declarare non opus esse dispensatione, vel ad cautelam dispensare, quamuis hæc non videatur vera dispensatio, ideoque si postea celebrato matrimonio, constaret impedimentum dirimens, alia dispensatio Summi Pontificis querenda esset, si autem res non esset omnino dubia, quia præsumptio virget pro impedimento, est necessaria dispensatio Summi Pontificis, nec eam potest Episcopus concedere, ita bene tenet & probat Sanchez vbi supra, numero 18, exempla huius distinctionis adducens, addit, quod quando res non esset omnino dubia, sed essent opiniones quibusdam asserentibus, id esse impedimentum, aliis vero negantibus: si opinio negans esset vere probabilis, quamuis affirmans esset probabilior: postea ille sequens opinionem probabilem id matrimonium, inire absque aliqua dispensatione.

Et quod iuxta veriorē sententiam satis sit in rebus moralibus sequi minus probabilem sententiam, si tamen vere probabilis sit (ego vero probabiliorē sequer) quod si nec sit opinio, nec mere dubium, sed magis propendatur in eam partem, vt sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis babito, nec existente aliqua iuris præsumptione pro impedimento, tunc adhuc censendum esse putat Sanchez dicit, numero 18, ad finem: non esse impedimentum, nec exigi dispensationem, sed statim esse pro libertate contrahendi matrimonium; ego vero huius Authoris dicta in fauorem matrimonij vera esse crederem, dummodo contrahentes non habeant conscientiam læsam circa id impedimentum, tunc namque aut deponere debent bona fide scrupulum, aut petere, & impetrare dispensationem, & absque ea non contrahere id matrimonium, quia qui facit contra conscientiam læsam, ædificat in gehennam, & qui amat periculum, peribit in illo.

Sed an poterit Episcopus dispensare virtute Decreti Concilij s. 22, in Decret. de reformatione matrimonij, cap. quinto, cum habentibus impedimentum dirimens, quando bona fide, præmissisq; denunciationibus contraxere, vt denuo illud matrimonium inuent? videtur namque prima (quod aiunt) facie id facere posse Episcopum, ex d. cap. Concilij, ibi. Si vero solennitatis adhibitis, impedimentum aliquod subesse postea cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habeat, tunc facilius cum eo & gratis dispensare poterit, & in hoc cœuent per-

mitti Episcopo dispensationem, quamuis sit constitutio generalis Concilij, probatur cum aliis Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. dispensatione 5, num. 5.

Sed nihilominus proculdubio tenendum est hoc minime posse Episcopum, vt ex antecedentibus colligitur, totum illud Decretum cum Summo Pontifice loqui, & sic quoque consuetudine explicatum est, teste eodem Sanchez d. dispensatione 6, numero 19.

Sed an casu magna necessitatis possit Episcopus dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus concurrentibus huiusmodi circumstantiis, nempe, vt matrimonium sit publicum, impedimentum autem occultum, & quod sit scandalum in separatione, nec ad Summum Pontificem aditus pateat inopia, aut aliqua iusta causa id impediens, egimus late supra alio capite, in versiculo sed dubitant DD, vbi his concurrentibus resoluimus id licere Episcopo, & quid de Commissario Cruciatæ Generali ibi dicta seruatiæ promissionis eorum, que hoc cap. diximus.

Alterius in proposito est obseruandum. Commissarium Bullæ Cruciatæ posse dispensare (vt in eius Pontificia commissione cauetur) in solo conscientie foro in aſſinitate conſurgente ex copula fornicaria in primo, vel ſecundo gradu; atque prolem susceptam, & suscipiendam legitimum decernere concurrentibus quatuor conditionibus. Prima, quod matrimonium cum illo impedimento sit iam contractum; seruatiq; sit forma Concilij Tridenti, s. 22, de matrim. cap. 1. Secunda, vt id impedimentum sit occultum. Tertia, vt aduerit bona fides, saltem ex parte alterius contrahentis, qui tempore contractus matrimonij id impedimentum ignorabat. Quarta, vt coniux, qui ignorauit impedimentum, certior fiat de prioris consensu nullitate, quamuis ei non declaratur causa nullitatis, vt existerent scandala: quas condiciones declarat Thom. Sanchez d. lib. 8, dispensatione 6, numero 23, & numero 24, assignat differentias inter dispensationem Episcopi in præd. casu magna necessitatis, & Commissarium Cruciatæ, vt ibi per eum, & num. 25, cum sequentibus alia in proposito adducit, & præterea de indultis Apostolicis, quibusdam Religionibus concessis ad dispensandum in similibus casibus.

CAPITVLVM CXXIII.

De dispensatione Papa impedimenti voti solemnij, ordinis sacri, vel religionis, matrimonium dirimentis, & quibus in casibus possit Episcopus dispensare, & de aliis in materia.

SVM MARIVM.

- 1. Papa potest dispensare in voto castitatis, in ordinibus sacris emisso, & que causa requiratur in hoc.
- 2. Papa an possit dispensare ex magna causa in solemnibus Monachorum castitatis voto ad matrimonium contrahendum.
- 3. Episcopus in votis absolutis religionis, vel castitatis dispensare non potest, nisi in casu de quo supra numero 4.
- 4. Coniux potest irritare votum ab altero coniuge factum absque eius licentia. Est tamen odiosa hæc reseruatæ Episcopi factæ, numero quinto.

Episcopus

- 5. Episcopus potest dispensare in voto castitatis temporali, vt ad annum, &c.
- 7. Episcopus potest dispensare in voto coniugij non petendi debitum saluo sine alterius coniugis licentia.
- 8. Episcopus non potest dispensare in voto virginis seruanda, nisi in casu de quo hic.
- 9. Episcopus an possit dispensare in voto non contrahendi matrimonium.
- 10. Episcopus potest dispensare in voto assumendi ordinem sacrum.
- 11. Episcopus an possit dispensare aliquo casu ex magna causa, de qua hic, in voto castitatis absoluto? Et numero 12, quomodo hoc intelligatur?
- 13. Episcopus an possit dispensare in votis penalis ante vel post commissam penam, in quibus si alius esset absolutus, hoc non potest?
- 14. Episcopus an possit dispensare ad petendam debitum cum coniuge, qui voto castitatis simpliciter astrictum matrimonium contraxit?
- 15. Episcopus an possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, cui debita penam est interdicta ratione aſſinitatis contrahentium altero coniuge?
- 16. Episcopus an dispensare possit cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge cognationem spirituales contraxerit?
- 17. Dispensare quis possit in iramentis puris castitatis, vel Religionis?
- 18. Episcopus an possit dispensare in casibus sibi permissis, quando prius est aditus Summo Pontifice pro dispensatione in eisdem? & numeris sequentibus.
- 19. Adentio prioris dispensationis ad nubendum consanguineo an sit facienda Papa, quando petitur secunda dispensatio ad aliud matrimonium cum consanguineo? Et quid si prima reseruatæ a prima dispensatione nolens priori consanguineo nubere? numero 20.
- 21. Dispensatio prior ad ducendam consanguineam in uxorem, an emanasse videtur penitentia sequenti?
- 22. Dispensatio ad contrahendum matrimonium, si plura concurrant impedimenta, an valeat aliquibus suppressis, si in aliis dispensationibus dispensetur super illis?

Concoris fere omnium sententia habet, posse Pontificem dispensare in voto castitatis in ordinibus sacris emisso, vt affirmat contra nonnullos Thomas Sanchez de matrim. lib. 8, dispensatione 8, numero 1, vbi se alius in locis refert, & numero 2, cum sequentibus late agit, an hæc dispensatio exigat causam publicæ utilitatis, post Agor in summa lib. 13, institut. moral. cap. 13, questione quinta.

An autem idem possit in solemnibus Monachorum castitatis voto, vt scilicet religiosus professus ex magna causa communi, puta pro Regni conseruatione, vel pace, quæ alter non speratur tam commode fieri, quam vt religione relicta uxorem ducat? satis controuersum est, & tandem cum communi sententia affirmatiua probauimus cum aliis lib. 1, Canonice, questionum, cap. 17, numero 5, & articulum hunc late pro vtraque parte post nos vbi supra differit nouissime Thom. Sanch. d. dispensatione 8, numero 6, cum sequentibus, vbi relictis duabus opinionibus, in hoc contrariis cum quæ plurimum fundamentis & Authoribus vtriusque Scholæ, & affirmans negatiuum esse probabilem: tandem tenet nostram affirmatiuam cum insitatis Authoribus Theologis, & Iurisperitis cum sequentibus, dicens eam esse longe probabiliorem negatiua, ex quorum numero, & fundamentis constat prædictæ affirmatiuam sententiam veriorē, & magis communem esse, & pluries in prædica iuxta eam fuisse per Summos

Pontifices dispensatum cum Monachis professis in hoc voto: & numero 8, contra Ricard. & cum communi tenet, & probat desiderari ad hoc vrgentiſſimam boni communis causam; neque obstat affirmatiua sententia text. qui contra eam videbatur expressus in cap. cum ad monasterium sexto de ordine in fin. de statu Monach. ibi: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis à Deo est annexa regule Monachali, vt contra eam, necitiam Summus Pontifex possit licentiam indulgere; veram namque solutio est ad illum tex. (aliis omissis) Papam non posse dispensare, vt Monachus, quamdiu manet Monachus, ducat uxorem, quia esset contra essentiam Monastici status: at potest dispensare, efficiendo de Monacho, non Monachum. vt tradunt Socinus Ricard. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 12, vbi aliam solutionem, quoque assignat, & respondet cæteris fundamentis contrariis, & numero 10, late differit, an dispensatio Pontificia in voto solemnij professi absque causa concessa, sit valida, ac prohibe matrimonium illud firmum, ac liceat illi petere, & reddere necne?

In votis autem absolutis castitatis, vel religionis; Episcopus dispensare non potest, quia de iure sunt reseruatæ hæc vota Summo Pontifici, alius namque seclusa reseruatione liceret etiam Episcopis in eis dispensare, quia sunt Ordinarij in suis diocæsis; & pollunt omnia illa circa dispensationes, que Pontifex in toto Orbe, nisi reseruentur, vt probat Thom. Sanchez de matrim. dispensatione 21, numero 3, & in terminis Domini, à Soro lib. 7, de Iustitia & Iur. questione 4, articulo 3, columna 4, versico, qui sunt autem, & nos, vbi plures alios hoc idem tenentes citauimus lib. 2, Canon. questionum, cap. 22, numero 46, & Sorus in hoc est ab omnibus receptus, secundum Thom. Sanchez lib. 3, de matrim. dispensatione 9, numero 8, in fine.

Hoc autem temperauimus vbi supra d. cap. 22, numero 29, vt procedat, quoties à personis liberis, aliis non subiectis præd. votum religionis, & castitatis perpetuæ emittuntur; secus vero si fiat ab altero coniugum absque alterius licentia, quia tunc alter coniux poterit votum huiusmodi irritare, & à fortiori Episcopus in eo cum causa dispensare: vt tenent plures Authores, quos ibi ad hoc citauimus; Superuenit Thomas Sanchez qui d. dispensatione 9, numero 4, nos citans in hoc inquit, se nullatenus id probare, quia quicquid sit de potestate irritandi hæc vota, non inde arguitur potestas Episcopi ad dispensandum, quia dum Pontifex hæc vota sibi reseruat, quoad solam potestatem dispensandi facit, nulla habita ratione derogandi potestati dominatiui, ex qua facultas irritandi hæc vota conſurgit.

Sed profecto vir ille religiosus merito potestatem immensem se ostendere à sua præd. censura, siquidem doctrina mea in hoc est communis, & vera, vt patet, & ipse id non negat, sed potius fatetur, & tantum intendit, ex potestate irritandi hæc vota non argui potestatem Episcopi ad dispensandum: at quis dubitat quin à fortiori iuncta præd. irritatione possit Episcopus in eo voto cum causa dispensare? itaque impugnatio præd. gratis potius, quam ex re facta videtur, quod alienum esse debet à viro gæui. Preterea, cum nos per viam declarationis in præd. doctrina processerimus, & nostra declaratio sit vera, & communiter recepta, eamque sequitur etiam aliis idem Author postea, d. lib. 8, dispens. 11, num. 3, & 4, quamuis dicat meum fundamentum reprobabile in priori loco supra allegato, sed immerito, vt prædiximus: distinguit tamen dicit, numero 4, vt præd. &

dat nostra præfata opinio, quando fuit emiffum votum post matrim. consummatum, secus si emiffum sit ante matrimonij consummationem, quo casu iterum distinguit, & declarat, vt ibi per eum. Sed eius profecto distinctio atque subdistinctio casu quo nuncupatum loquimur, nempe quando præd. votum fit ab altero coniuge absque alterius licentia, non videtur procedere, siquidem tunc alter coniux neglectus, qui licentiam non præstitit præd. voto, irritare id iure potest: ergo à fortiori ad eius instantiam Episcopus, si opus fuerit, potest in eo dispensare indistincte. Poterit tamen seruari præd. eius distinctio, quando cum licentia alterius coniugis alter solus continentiam vouit, ut latius declarat idem Sanchez d. disputatione 11, numero 5, qui numeris sequentibus late agit, quid dicendum sit in aliis tribus diuersis casibus, quos ibi fingit, & declarat, & ideo est videndus omnino in materia quoties in praxi casus contigerit.

5 Illud tamen in proposito primo obseruandum est ex doctrina omnium de hac materia agentium, reservationem præd. dispensandi in præd. votis esse restringendam, quia iuri Episcoporum derogat, & ideo odiosa sit, vt in terminis docet Sanchez d. disputatione 9, num. 6.

6 Secundo, posse Episcopum dispensare in voto castitatis temporalis, vt ad annum, vel aliud tempus limitatum, emisso, vt cum communi probauimus vbi supra, numero 48. & plurimos alios citans Sanchez vbi supra, numero 6, vbi numero 7, quod potest similiter Episcopus dispensare in voto castitatis coniugaliter seruanda, quia deficit (hoc est differt) à voto castitatis absoluto, hoc namque omnimodam continentiam claudit, ac non copulati matrimonio, at illud solos actus venereos illicitos comprehendit: ita Enriquez lib. 7, de indulg. cap. 30, numero 6. Similiter coæliarius virtute Bullæ, & Iubilei potest commutare votum temporale castitatis, Sanch. d. lib. 8, disputatione 15, numero 4. vbi quoque agit de aliis votis.

7 Tertio, posse quoque Episcopum dispensare in voto, quo alter coniux absque alterius licentia ad non petendum debitum se astringit, quia non est votum integræ castitatis, sed partis, vt cum Syluest. & aliis tenet Sanch. vbi supra, numero 8. vbi quod ob eandem rationem idem dicendum est, si ex licentia alterius emiffum esset, vel etiam, quando vterque ex licentia alterius votum non petendi emiffisset, & etiam, licet vterque communi consensu voueret, nec petere, nec reddere, nec fornicari.

8 Quarto, non posse Episcopum dispensare in voto virginitalis seruande, nisi expresse vouens noluerit ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem seruandam consistentem in abstinentia à primo luxuriae actu, per quem virginitas deperditur, quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum absolute castitatis, secus vbica adest, vt probat Thomas Sanchez lib. nono de matrimonio, disputatione 33, numero 7. & in terminis ita tenet Acor lib. 11, instit. moral. cap. 19, quest. 14. & Thomas Sanchez cum eo lib. 2, disputatione 9, numero 9.

9 Quinto ex supraddictis deduci videtur, non posse Episcopum dispensare in voto non contrahendi matrimonium, vt sentit Caietan. in opusculo tomo 2, tractatu 11, de voto non nubendi, questione prima. Nauar. in Manual. Hispan. cap. 12, numero 76. Angles in Floribus Theolog. questionum secunda parte. vbi de voto, questione vnic. articulo 2, difficult. 11. Valentia in quarta parte, vbi de matrimonio. disputatione 10, questione 5, puncto 5, conclusione 4. Verior tamen, & communis sententia in hoc est in contrarium, imo

quod Episcopus possit in hoc voto dispensare, vt docuimus lib. 2, Canon questionum, cap. 22, numero 39. & plurimos referens hoc tenentes Thomas Sanchez d. lib. 2, disputatione 9, numero 11. vbi numero 12, hoc declarat, vt procedat, quando esset merum votum, vel merum iuramentum factum Deo: secus si tantum factum fuisset in fauorem tertij id petentis, cuius interest, quia tunc non posset Episcopus dispensare, veluti si coniux à coniuge petat, vt sub iuramento, vel voto se obliget ad abstinentiam se ab alio matrimonio, tunc namque coniugis illius interest propter filiorum donorum, & vt eius amor, nomen, honor, amicitia cum eius consanguineis conferuerit, & ideo non poterit Episcopus in hac specie dispensare propter ius tertio acquisitum: si- cut asserunt communiter DD. non posse Episcopum dispensare in voto in fauorem tertij facti, & ab illo acceptato: at si ille remittat ius sibi acquisitum, poterit Episcopus dispensare, quod non sit votum castitatis, & cesset præiudicium tertij: cuius Auctoritas in hoc sententiam libenter probat, quia mihi verisimilia videntur, & tenenda. An autem ille tertius possit remittere totam illam abstinentiam ab alio matrimonio obligationem distinguit, & bene ibidem idem Author, vt si non tantum in eius fauorem emiffum sit votum, vel iuramentum, sed inuitu etiam religionis ad id offerendum Deo, non potest: secus si tantum eius inuitu: in dubio autem existimatur propter subiectam materiam ad iuramentum, aut votum factum esse in alterius coniugis fauorem, quamuis alterius nihil interest, censetur in dubio factum in honorem Dei, vt recte docet Dominicus à Soto lib. 8, de Iustitia, & Iur. questione prima, articulo 9, ad secundum.

Deinde poterit Episcopus dispensare in voto ad sumendi ordinis sacri, eo quod id non sit votum castitatis, sed assumendi statum, cui castitas annexa est, vt cum aliis pluribus probat Sanch. d. lib. 8, disputatione 9, numero 12, vbi numeris sequentibus agit late de dispensatione aliorum votorum an in eis possit Episcopus dispensare, vel solus Pontifex: sed quia directe non spectant ad nostram materiam matrimonij, eas questiones omitto.

Quamuis autem supra resoluerimus in votis absolutis castitatis, vel religionis Episcopum dispensare non posse, quia sunt reserua Pontifici: non tamen ita amare, & stricte intelligendum hoc est, quin liceat Episcopo dispensare in his votis castitatis perpetuæ, ac religionis, quando magnam incontinentiæ periculum imminet nec facilis aditus ad Pontificem pater ratione paupertatis, vel alia causa: merito enim credi potest, non fuisse mentem Pontificis, velle in tali casu reseruare sibi hæc vota, nec item est verisimile velle eum, vt animæ laqueis irretitæ in tanto periculo versentur, & ideo merito hanc partem tenent Syluest. & alij quam plurimi Auctores Theologi magni nominis, quos refert & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 8, disput. 9, numero 22. vbi idem cum aliis probat, quando etfi Pontifex adiri possit, ex mora tamen adendum hæc incontinentiæ periculum immineret, vel aliud quodcunque graue periculum aut grauis scandali, vel magni damni tertij personæ, vt in exemplo in quo ipse hoc dicit consuluisset, de quo ibi per eum, & numero 33. eandem doctrinam extendit ad cætera vota reseruata, quamuis non ita frequenter in illis hæc necessitas contingat: & numero 24, late agit de intellectu text. in cap. veniens, qui cler. vel non. circa dispensationem Episcopi in voto castitatis ex perturbatione animæ emisso: quando vouens est iuuenis, vel suspectus ob maius periculum incontinentiæ vitandum.

Sunt tamen, qui existiment præcedentem doctrinam in versis, quantum autem num. 11, relatum, procedere, quando non est in eo euentus recursus ad Nuncium, vt tunc liceat Episcopo dispensare: secus vero alias, ita tenent Magist. Aragon in 2, questione 88, articulo 12, columna 5. in versis, si quis autem quærat, & Manuel Rodrig. in secundo tom. sua summa cap. 100, numero 3, ad fin. sed merito eos improbat Sanch. d. disputatione 9, numero 25, nisi Nuncius, vel quiuis alius haberet ex priuilegio Pontificis potestatem dispensandi in his votis, & commode absque præd. periculo adiri posset, & numero 26, agit ad quid deserviet in præd. specie dispensatio Episcopi, & numero 27, latissime agit, an in præd. votis, quando non referuatur Summo Pontifici, sed Episcopi ea dispensatio competat ob rationes præd. possit parochus dispensare quando aditus ad Episcopum non patet, vel etiam si patet: & reiecta opinione affirmatiua multorum tenet negatiuam cum Soto lib. 7, de Iustitia, & Iur. questione 4, articulo 3, columna 5, versis. Abbat. quæ etiam mihi placet, præterquam si legitime consuleret de consuetudine contraria in præd. votis, vel si parochus, vel alius confessorius virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius legitimi indulti id posset facere, vel commutare præd. vota.

13 An autem Episcopus possit dispensare in votis poenaliibus castitatis, & religionis, & cæteris reseruatæ cum causa, vel post commissam poenam, egimus late lib. 2, Canon, questionum, cap. 22, numero 50, cum sequentibus, vbi relatis opinionibus resolutimus cum opinione communi recentiorum id posse: quinimo, & confessorium virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilei commutare præd. vota, & post nos cum communi idem probat, & tenet Thomas Sanch. d. lib. 8, disputatione 15, numero 8, & disputatione 10, numero 6, cum sequentibus: vbi numero 10, cum sequentibus idem probat in voto conditionali, sequutus in hoc referent sententiam receptissimam in praxi, quam refert numero 13, contra alias duas numeris præcedentibus à se relatas, cum eo tamen temperamento, quando scilicet votum est vere conditionale, & non, vero apparet, vt explicauerat eadem disputatione numero 4, & 5, item quous conditio est de futuro, nec tacite inest, secus si conditio sit de præterito, vel de præterito, aut si tacite inest, quia tunc est votum omnino purum, vt ibi late probat idem Author num. 14.

14 Illa tamen quæstio difficultatem non leuem habet, an Episcopus possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, qui voto castitatis simplici altricis matrimonium contraxit? quam tetigimus lib. 1, Canon, quest. cap. 23, num. 17, resoluentes cum communi Episcopo posse in hac specie dispensare ex causa legitima, prout est periculum animæ, aut ex mora, aut impossibilitate omnino aduendi Romam, nam alias requiritur Auctoritas Apostolica, quam sententiam tenent etiam alij quam plurimi, quos refert Thom. Sanch. lib. 8, disputatione 12, numero 2, inferens numero 3, ex ea non posse Episcopum etiam in casu necessitatis dispensare, si recursus sit ad petendum dispensare ex priuilegio in voto hoc ad petendum debitum; quare ipsemet ibi numero 4, inquit, & tenet multo probabilius esse, posse semper Episcopum dispensare cum coniugato, qui voto castitatis simplici legitime transit ad nuptias, vt petat debitum, quia licet attentio iure hæc dispensatio sit solius Pontificis, ac consuetudine, quæ jurisdictionem præbet a. cum coniugatus de foro compet. obtentum est hanc dispensationem Episcoporum esse passim enim Episcopi in hoc dispensant, nullo Romam confugiente ad petendam in hoc dispensationem, eo, vel maxime, quod ea dis-

penfationes excusari nequeunt ratione virginis necessitatis, cum facilis semper aditus pateat ad Religiosos Mendicantes, qui ex priuilegio possunt in hoc dispensare, & ideo hanc opinionem quam plurimi alij Auctores Iurista, & Theologi tenent, quos implemet, Sanchez ibi refert, & sequitur, propter quorum auctoritatem de consuetudine deponendum nos quoque idem secure censemus: quam sententiam ampliat Sanchez vbi supra, disputatione 20, numero 6, vt procedat etiam matrimonio non consummato, cum Manuel Rodriguez in primo tom. summa, secunda editio, cap. 242, numero 2, addens, quod similiter posset Episcopus dispensare in hac debiti petitione, aut redditione priori bimestri, quo ante consummationem reddere non tenetur, vel si cum ipse vouens sit innocens alter coniux sit adulter. Idemque dicit, quando hic voto castitatis altricis ad matrimonium transiret animo ingrediendi Religionem, quia cum is animus non obliget ad ingressum, sed liberum sit ei matrimonio inito non ingredi, sed id consummare reddendo, eadem ratio militat, vt possit Episcopus cum illo dispensare ad petendum: nec in his euentibus necessarium est confugere ad habentes facultatem dispensandi ex priuilegio Pontificio ratione præd. consuetudinis, in qua sunt Episcopi dispensandi, imo & parochus, vel et prædicator, & in terminis deducit Sanchez vbi supra, numero 7, vbi numero 9, nobiscum vbi supra, & alius tenet, & monet, non posse Episcopum dispensare omnino in voto castitatis cum eo, qui post illud votum simplex castitatis matrimonium contraxit, sed tantum ad petendum debitum, vnde non obstantæ præd. dispensatione hic sic dispensatus fornicando sacrilegus erit, & transeundo ad aliud matrimonium post illud dissolutum, & noua dispensatione Episcopice gebit ad petendum debitum.

Secunda similis quæstio difficilis est, an possit Episcopus dispensare ad petendum debitum cum coniuge, cui debiti petio est interdicta, ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge, de qua questione egimus d. lib. 1, Canon, questionum, cap. 23, numero 16, post Sot. & alios, quos ibi citauimus, tenentes non posse Episcopum in hac specie dispensare, nisi in casu necessitatis eo quod non pateat facilis aditus ad Papam, sique incontinentiæ periculum præcipue, quando copula illa est incestuosa, vt cum sororu, vel sorore vxoris, quam etiam tenet Gratius in prima parte decisionum lib. 2, cap. 81, numero 3. Iust tamen alij qui dicunt, eam dispensationem solius esse Pontificis, vt constat ex D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte: cap. 7, §. 2, numero 6, ad fin. Matienq. in rubrica titulo 1, lib. 5, nona collect. Reg. glossa 1, numero 103. Gratius vbi supra cap. 83, num. 12.

Et hæc quidem, quamuis de rigore juris vera sint, consuetudine tamen, & praxi communi introductum est, vt possit semper in hoc Episcopus dispensare, prout passim Episcopi in hoc dispensant, iuxta communem sententiam, & affirmationem Theologorum, & Iurisperitorum, quos congerit numero infinito, & sequitur diceas hoc esse probabilius, & tenendum Thomas Sanchez d. lib. 8, disputatione 12, numero 13, id amplians numero 14, vt procedat etiam si ad quoscunque potentes dispensare sit facilissimus aditus.

Tertia quæstio est in proposito, an possit Episcopus dispensare cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge contraxit cognitionem spirituales? & posse proculdubio tenendum est, vt docent quamplurimi, quos etiam refert, & sequitur Sanch. vbi supra, num. 15, addens, quod hoc consuetudine præscripta obtentum est.

Hactenus de dispensatione voti absoluti castitatis. G g

ris, vel Religionis, item de prædict. votis pœnalibus, vel conditionalibus.

Nunc agimus de iuramentis puris, & absolutis castitatis, vel Religionis: & quidem ea esse referuata Summo Pontifici, sicut, & vota similia tenet Caiet. 2.2. quæstione 89. articulo 9. paulo post princip. Dominicus à Soto lib. 8. de iustitia, & iur. quæstione 1. articulo 9. in fine corpor. Alcozer de iudo. cap. 13. conclusio 9. & in summa cap. 16. folio 58. versic. la primera es, Don Didac. de Zuñiga de voto quæstione 5. numero 42. & quæstione 6. in fin. Manuel Rodrig. in secundo tom. sue summa cap. 100. numero 3. Pater Toledo lib. 4. summa. cap. 23. numero 2. Agor. lib. 11. instit. moral. cap. 10. quæstione 10. Aragon de iustitia, & iur. 2.2. quæstione 83. articulo 12. columna 6. dicto 1. & quæstione 89. articulo 9. columna 3. dicto 4. Valent. 2.2. disputatio 6. quæstione 7. puncto 2. columna 5. versic. & notandum est.

Secunda sententia habet contrarium, nempe huiusmodi iuramenta non esse Pontifici referuata, ita tenent Tabien. in summa uouor. verbo iurare, quæstione 20. numero 21. ad fin. Navar. lib. 2. consil. titulo de iuramentis, in priori editione consil. 3. numero 4. & 5. in posteriori consil. 1. numero 4. & 5. & alij Moderniores doctissimi.

Has tamen opin. bene meo iudicio concordat Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disputatio 13. numero 5. in hanc nempe modum: scilicet vt prima vera sit regulariter, & in plurimum, quia regulariter ea iuramenta votum continent, & ita fortius vinculum, quam solum votum, ergo merito quod quando hæc iuramenta votum continent, sint referuata Summo Pontifici: Secunda vero opinio vera sit, & procedat in casu raro, quando id iuramentum non includit in se votum, vt in exemplis, de quibus per eundem Authorem ibi numero 4. vbi numero 6. addit, quod quoties priuilegium concedit relaxari, aut commutari omnia iuramenta, quæ non cedunt in damnum tertij & omnia vota, præter castitatis, & Religionis, censentur sub ea votorum referuatione, referuari quoque iuramenta eiusdem materiæ, quoties hæc promissionem continent, secus, vbi ea vacant; & numero 7. quod quamuis in Bulla concederentur omnia vota, & iuramenta, quæ non sint in tertij præiudicium nulla votorum referuatione facta, censentur adhuc referuata iuramenta castitatis, & religionis, in quibus promissio continetur, secus si ea non continentur.

12 Si vero iuramenta castitatis, & Religionis, sine pœnalibus, vel conditionalibus, idem prorsus tenendum ac seruandum est de illis, quod de votis similibus prædiximus hoc capite numero 13. & in terminis eadem ratione hoc affirmat Sanchez. d. disputatio 13. num. 13.

Dubium tamen singulare est in hac materia, an Episcopus in casibus sibi permittis, de quibus supra, possit dispensare, quando prius aditus est Pontifex pro dispensatione in eisdem, sed hoc quinque conclusionibus bene explicat, & late eas probat Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 8. disputatio 14. numero 3. cum sequentibus, quas hic summam referam, vt breuiter resolutionem huius dubij habeamus, cætera apud eundem videnda remittens.

Prima conclusio, quando Episcopus potest iure ordinario in aliqua re dispensare, vt in voto pœnali castitatis, vel non nubendi, quamuis obtenta sit à Pontifice commissio facta Ordinario, vel confessori, vt dispenset, potest fouens ei renunciare, & adire Episcopum, vt potest sua ordinaria dispenset. Secunda conclusio, idem est, quamuis iam virtute eius commissio Ordinarius, vel confessorius in eo voto dispensasset partim commutando iuxta

Pontificis præscriptum, posset enim hic vel ab Ordinario petere, vt auctoritate ordinaria in ea commutatione dispenset, etiam quando votum commutatum erat ex referuatis, vel potest etiam eligere redire ad priorem voti obligationem, & petere ab Ordinario, vt dispenset in illo auctoritate sua ordinaria.

Tertia conclusio, quando Pontifex de eo casu consultus denegauit dispensationem iudicans non adesse causam, non potest Episcopus dispensare nisi noua causa proponatur, secus tamen esset, vbi huic singulari non denegasset, sed constat solum esse Pontificem aliis denegare ob eas causas dispensationem, reputando eas non esse iustas, quia tunc potest Episcopus cum illo, cui denegata non est, dispensare, iudicans eas esse causas iustas: de hoc tamen vltimo ego valde dubito, quia si Summus Pontifex solitus est ex his causis denegare dispensationem aliis, quamuis hunc particularem eam dispensationem non negauerit, quare Ordinarius esse concedere poterit? imo à maiori ad minorem iumentum est argumentum fortissimum, nempe, si maior ex præd. causis solitus est denegare dispensationem, à fortiori erit prohibita minori? nisi forsitan daremus Summum Pontificem, aliis quandoque denegasse, & quandoque concessisse ob easdem causas dispensationem, quo casu veram crederem esse hanc tertiam conclusionem alias fecus.

Quarta conclusio, quando Episcopi dispensant, ex commissio expressa annexa perpetuo dignitati, vt in Casibus Concil. Trident. sessio 24. de reformatione cap. 6. incip. Licet Episcopi, &c. non alstringuntur ad dispensandum ex solis causis, ex quibus solet Pontifex dispensare, quare licet norit Papam nolle dispensare ex aliquibus causis, & aliis denegasse, potest cum hoc cui non denegauit dispensare ex aliis causis, si eas iustas iudicat, & idem censet Sanchez. u. 6. quando ex commissio speciali Pontificis dispensaret, quoties Pontifex non assignat causas ex quibus Commissarius dispenset, sed solum alstringit illum, vt ex iusta causa dispenset, eius prudentiæ committens discernere, quæ sit iusta causa: & secus esse dicit quando ex sola Epicheia dispensat Episcopus, vt in casu necessitatis ratione periculi in mora, quia cum tunc ex sola præsumpta Pontificis voluntate dispenset, vbi de contraria voluntate constat, cessat præsumptio, cui Epicheia innitur: ego vero vtroque casu quando Papa solitus est ex similibus causis denegare dispensationem, credentem, & Ordinarium (vt prædixi) minime quoque dispensare posse, siquidem prudentia Papæ eiusque consuetudo, experientia, & stylus Romanæ Curie præferenda est ei, quæ Ordinarij Episcopi est, nisi (vt præmissimus) quando Papa concederet, licet aliquando neget quia tunc non est contraria voluntas, vt quoque nuncupatum in proposito aduertit, & tenet Sanchez d. num. 6. ad finem.

Quinta conclusio, in casibus, in quibus, qui impetrauit dispensationem voti à Pontifice, in quo poterat Episcopus dispensare, potest ad ipsum confugere, de quibus in superioribus conclusionibus, in eisdem poterit confugere ad potentem ex priuilegio dispensare. Quod si quispiam dispensationem petiit ab Episcopo in casu in quo poterat, vel à religioso à virtute priuilegiorum, vel commutationem virtute Bullæ, qui eam concedere noluerant, sed remisertunt illum ad Pontificem, postquam hic se presentauit Pontifici petens ab illo dispensationem, potuerunt nihilominus Episcopus, Religiosus, vel confessor, sicut prius dispensare, ita tenet Sanchez vbi supra, numero 3. quia licet iam videantur desuisse esse iudices ex quo causam ad superiorem

remiserunt, vt in cap. licet de officio legat. & tradunt ibi glossa verbo translerat, Anton. num. 2. Abb. 3. Anchar. 2. & Imol. ad fin. addentes, vt nec ex partium consensu possit ea causa semel iam superiori presentata ad priorem iudicem redire, hoc tamen intelligitur in iurisdictione contentiosa, de qua is textus loquitur, qualis non est iurisdictione dispensandi, & idem in hac eadem specie probat Sanchez. vbi supra. numero 9. in casu d. cap. licet Episcopi, sessio 24. Sacri Concil. Tridentin. quamuis text. ille excipiat casum, quando causa est deducta ad forum contentiosum, quia verb. forum idem est, quod iudicium, siue locus ibi iudicatur, ca. fori de verb. signific. contentiosum namque forum dicitur quando lis agitur inter partes forum iudice, vt tenent Felin. m. cap. primo numero 39. de consil. Secus quando causa, quæ non vertitur inter partes, remittitur ad superiorem, vt in nostra specie, quod mihi non displicet.

Alias plures quæstiones in materia commutationis votorum virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei latissime examinat Sanchez. d. lib. 8. disputatio 15. per totam vsque in fin. quas consulto hic omitimus, ne diuertamur ab intento, quia ratione etiam præteritis cæteras quæstiones eiusdem Authoris in pluribus disputationibus subsequentes, quamuis enim in disputatio 21. per totam latissime agat de ratiuritate veri aut falsi expressi in scriptis, & dispensationibus ad matrimonia, quæ nostro proposito conueniant, eorum tamen præcipua prius digestimus nostro lib. Canon. quæstionum. cap. 15. per totum, quæ accommōdanda erunt, quoties de eis agi oporteat super additis à præd. Authore moderniore, sine tamen præiudicio veritatis, quam semper profiteri, & docere nitimur in nostris scriptis, hanc quæ sit sapientior discernet.

Nonnulla tamen hic breuiter adducitur libuit ex eodem Authore ibidem disputatio 22. quæ nostram materiam concernunt, circa ea, de quibus egimus d. lib. 2. Canon. quæstionum. cap. 15. numero 86. cum sequentibus, quæ latius prosequitur idem Author tota illa disputatio 22. de duplici ad eandem rem dispensatione impetrata an posterior subreptitia censeatur si prioris mentionem non faciat?

19 Primum est, quod si femina ex dispensatione Papæ consanguineo nubat & eo matrimonio soluto, aliam dispensationem obtineat ad nubendum, alij consanguineo tacita priore dispensatione valida erit: nihilominus hæc secunda dispensatio, quia ambæ sunt super diuersis matrimoniis, & neutra habet connexionem cum alia, ac proinde non est necessaria præd. mentio iuxta late tradita per eundem Authorem ibidem numero 5. & hoc in meo iudicio recte dicit Sanchez simpliciter, & tum addit, idem se credere, quamuis hæc posterior dispensatio aut vtraque esset petita, ac concessa, nulla allegata causa, sed maiori compositione pecuniaria exacta ad vsus publicos.

20 Cæterum dubitari forsitan posset de alia ampliatione eiusdem Authoris statim ibidem posita, nempe vt idem sit dicendum, licet femina resiliat, nolens priori consanguineo nubere, ac impetret posteriorē dispensationem ad nubendum alij: credit enim in vtroque casu mentionem prioris dispensationis necessariam non esse, eo quod sint super diuersis matrimoniis & neutra habeat connexionem cum altera, & licet hæc ratio concludat in præcedentibus dictis, at in hoc posteriori de femina resiliante à prima dispensatione nolente priori consanguineo nubere, ac impetrante posteriore dispensationem ad nubendum alij: non videtur sufficiens, siquidem secunda dispensatio est noua gratia in derogationem prioris,

sed nihilominus adhuc crescit hanc ampliationem, quoque esse veram, ex eo quod nihil interesse videatur, quoad irritationem posterioris, quod femina nubat illi consanguineo priori, vel huic secundo, iuxta mentem & intentionem Papæ concessæ, de quo si ei fuisset facta mentio, cum non remoueret à concessione secunda gratiæ, siquidem hæc non fuit subreptitia in causa finali, nec in impulsu.

Secundo obseruandum est, quod quando aliquis obtenta dispensatione ducendū in vxorem consanguineam, noluit eam ducere, sed obtinuit dispensationem ad ducendam aliam, prior dispensatio euauisse videtur per posterioris validæ impetrationem, licet ea non sit vsus ducendo posteriorē consanguineam, quia licet per secundum matrimonium, ad quod non interfuit dispensatio, non videatur renunciari dispensationi, vt bene probat Sanchez eodem l. 8. de matrim. disputatio 32. num. 6. ac secus esse videtur per impetrationem posterioris dispensationis, quoniam hæc duæ dispensationes simul stare nequeunt, sed repugnant quoad executionem, & ita per impetrationem posterioris vsus est impetrans renunciare priori in manu Pontificis à quo posteriorem impetrauit, & ita ea amplius vt nequibit, sed sola posteriori dispensatione, quam non esse subreptitiam, eo quod de priore mentionem non fecerit, prædiximus, quibus & aliis rationibus ita credit in terminis huius secundæ obseruationis Thom. Sanchez. d. lib. 8. disputatio 22. numero 19.

Hæc tamen credita opinio vera minime videtur, siquidem in vtroque casu militat eadem ratio, nempe vt non videatur renunciare impetrans secundæ dispensationem priori, tum ex dictis per eundem Authorem lib. 7. disputatio 42. numero 9. tum etiam, quia cum semel ablatum sit id consanguinitatis impedimentum, & illi habiles effecti sint ratione prioris dispensationis, non est cur ratione secundæ impedimentum illud reuiuiscat.

Neque obstat tacita illa renunciatio, per secundam dispensationem inducta, quia ea non fuit à concedente acceptata, prout in expressa etiam renunciatione nedum in tacita requiritur ad hoc, vt impetrans non possit præd. dispensatione, vel priuilegio vti mutata voluntate, vt late probat idem Sanchez. d. lib. 8. disputatio 32. numero 2. sicut habet eadem ratione idem Sanchez ibidem numero 6. resoluit, quod prædiximus, nempe per secundum matrimonium, ad quod non interfuit dispensatio; non videri renunciatum dispensationi præterita, imo in presenti specie à fortiori videtur tenenda hæc eadem sententia contra Sanchez. d. lib. 8. disputatio 22. num. 19. siquidem si per mutationem voluntatis ad aliud matrimonium obtenta secunda dispensatione videretur tacite renunciatum dispensationi priorij magis id videretur factum per secundum matrimonium effectu celebratum absque dispensatione, sed in illo casu non censetur renunciatum, vt petet Sanchez vbi supra, ergo à fortiori nec in hoc, necesse igitur est, vt in vtroque casu fateatur Sanchez posse vti postea priori dispensatione, aut in neutro: ego partem affirmatiuam in vtroque veritatem esse censeo, quia tacita illa renunciatio non fuit acceptata à concedente, vt requirit Sanchez. d. disputatio 32. numero 6. ad hoc, vt sit valida illa renunciatio, & vti non possit priori dispensatione, ergo in suo robore manet, siquidem impedimentum iam sublatum non reuiuiscet per secundam dispensationem, cum semel affecti fuerint habiles ad contrahendum matrimonium inuicem inter se quoties voluerint, quæ acceptatio renunciationis debet fieri ad effectum per solum superiorem illum, à quo dispensatio est noua gratia in derogationem prioris,

fatis, vel gratia emanavit, non vero per Ordinarium vel Commissarium, ut bene probat Sanchez d. dispensatione 22. num. 4. hinc deducens num. 5. non destitui viribus dispensationem, & si is, cui conceditur, literas cancellat, concidat.

22 Ceterum illa questio in proposito satis difficilis, & controuersa est, an quando plura concurrunt impedimenta matrimonij oporteat omnia illa in eadem dispensatione referre, vel satis sit quod in diuersis dispensationibus diuersa impedimenta referantur, quo casu duas contrarias opiniones cum suis fundamentis, & Authoribus refert Thomas Sanchez d. lib. 8. de matrimonio, dispensatione 23. numero 1. cum sequentibus. Prima habet satis esse in diuersis dispensationibus diuersa impedimenta proponi, & sic quamlibet earum validam esse, quoad impedimentum in ipsa explicitum, verbi gratia, si qui sint simul consanguinei, & affines, poterunt in quibusdam literis consanguinitatem propositam, tacita affinitate, & in aliis hanc, illa tacita, & utraque dispensatio valebit. quoad sum impedimentum, cuius sententia sex congerit fundamenta, & plures Authores eam tenentes, dicunt tandem: quod cum hac sententia tot patronos habeat, & rationes non parui momenti, est probabilis, nec posse iuste damnari, qui illam amplecteretur, nisi tot impedimenta in eadem persona concurrerent, ut iuste possit credi Pontificem non dispensaturum ex causis sibi propositis, si tot impedimenta concurrere nollet.

Secunda sententia habet, necessario in eadem dispensatione esse faciendam mentionem plurimum illorum impedimentorum, ne dispensatio subreptitia sit, ac nullius proflus valoris: hanc sententiam euentur, & tenent alij plures Authores, & inter eos D. Couarr. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. sexto, §. quarto, in fine, quos ibi Sanchez refert numero secundo, cui tanquam longe probabiliori accedit, ubi eam ampliat numero tertio, ut procedat siue scienter siue ignoranter alterum impedimentum in ea dispensatione tacitum sit, deducens ex ea numeris sequentibus aliqua nonnulla apud ipsum videnda, & ego quoque hanc secundam sententiam probo, & sequor cum sua ampliatione.

Est tamen intelligenda, & moderanda cum ipso ibi, numero sexto, primo ut intelligatur, quando vtrumque impedimentum sola dispensatione tolli potest, secus si alia via tolli posset, quia tunc non est opus nisi solum, quod dispensatione indiget dispensanti explicare, & alij impedimento potest alia via subueniri, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

Secundo, ut procedat, nisi alterum impedimentum sit occultum, & eius generis, vt ex manifestatione sequeretur infamia, tunc namque non est necesse vtrumque impedimentum proponi Pontifici, sed satis est exprimere publicum, vt in foro externo dispense, occultum autem sacre Penitentiarie explicato quoque impedimento publico illi, super quo Pontifex dispensauit, verbi gratia, si quis velit ducere propriam consanguineam, cui affinitate quoque occulta coniunctus est ratione copulæ occulte cum eius sorore, ita tenet Petrus de Ledesma, in sua summa de sacramentis, vbi de matrimonio agit, capite vicesimo septimo post sextam conclusionem, difficultate prima, cuius opinionem sequutus iam ita iuxta eam in facti contingentia consultus respondi: & deinde sacre Penitentiarie consultus respondit hoc sufficere, & esse necesse, vt testis est Thomas Sanchez vbi supra d. dispensatione 23. numero septimo, idem sequitur, & affirmans se vidisse ipsas Penitentiariorum subscriptiones: additque non referre, siue prius proponatur vtrumque sacre Penitentiarie,

& postea publicum Papæ siue è contra: quia idemmet est effectus, & vtroquo modo satis sit Pontificis intentioni, & similiter credit, posse tunc commissarium, cui sacra Penitentiarie hoc committitur dispensare in ea affinitate, licet nondum impetrata, sic consanguinitatis dispensatio, vt postea ea impetrata, possint illi licite contrahere, & mihi hoc non displicet. Quinimo, & num. 2. idem credit sufficere, quamuis impedimentum occultum esset eius generis, vt ex manifestatione infamia non sequeretur, vt si esset votum castitatis, credit namque fat esse representare Pontifici publicum impedimentum, vt in eo dispense, & postea vtrumque sacre Penitentiarie, quia cum Summus Pontifex designauerit, vt in occultis dispense, nec ea voluerit publice in foro externo proponi, pie, & merito credi potest eum velle reficere, & require, vt vel vtrumque impedimentum sibi proponatur, vel sacre Penitentiarie explicato tamen publico sibi, super quo sacra Penitentiarie potestate caret: hæc tamen opinio minus secuta videtur, siquidem cessat in eo casu ratio, quare in occultis possit pro dispensatione occurrere, sacre Penitentiarie scilicet, quando ex manifestatione sequeretur infamia, hic non sequitur, igitur, &c. Præterea contra Sanchez in hac sua credita opinione facit stylus Curie Romanæ, quod quotidie occurritur in foro exteriori ad Papam, pro dispensatione voti castitatis.

CAPITVLVM CXXIV.

De expressione graduum consanguinitatis, & affinitatis, & aliis exprimendis in dispensationibus Apostolicis ad contrahendum matrimonium.

S Y M M A R I V M.

- 1 Impedimenta, quoties plura sunt, omnia sunt narranda ad impetrandam dispensationem matrimonialem. & præterea opus est exprimere, quoto gradu consanguinitatis, affinitatis, vel publice honestatis ex matrimonio rati coniuncti sunt contrahere volentes.
- 2 Copula numerus an sit exprimendus ad impetrandam dispensationem matrimonialem super affinitate.
- 3 Dispensandi facultas in aliquo coniunctionis gradu an extendatur ad eum gradum, licet duplicatum? & quid si coniunctus gradu esset inferior? numero 4.
- 4 Quid in affinitate, & publice honestatis gradibus? numero 5. & quid in linea recta, an sit necessarium exprimere distantiam gradus? numero 6.
- 7 Cognationis spiritualis in dispensatione: an sit necessarium exprimendam, quod alter alterum leuauerit de sacro fonte?
- 8 Error maioris gradus, quam sit inter contrahere volentes expressus in dispensatione, an eam vitiet? & quid si conuerso? numero 9. & quid in errore maioris impedimenti, quam sit? numero 10.
- 11 Gradus propinquioris mentio an sit faciendus ad impetrandam dispensationem matrimonialem, quoties matrimonium contrahitur distans in equali gradu?
- 12 Copula habita inter contrahere volentes matrimonium: mentio an sit faciendus in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis? & quid, quando incestus esset occultus? numero 12.

14 Dispensationis matrimonialis iudex, hoc est, Commissarius an possit interrogare partes, & utrum inter se copula intercesserit, quoties in dispensatione ad iudicium conuocatum copula non interuenit, vel alia?

Quoties sunt plura impedimenta, omnia sunt necessario narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonium contrahi, atque celebrari, vt omnes de hac agentes communi ter docent, & diximus supra cap. præcedenti: & præterea opus est exprimere quoto gradu consanguinitatis, affinitatis, vel publice honestatis ex matrimonio rati coniuncti sunt contrahere volentes, vt habet communis stylus Curie Romanæ, ne sit subreptitia dispensatio: vnde non sufficit, quod hæc in genere explicetur tacito gradu, eo quod deficiat qualitas necessario exprimenda, quo enim gradus coniunctio est, eo diffusior est dispensatio ex maiori compositione exacta, & vrgentioribus causis petitis conceditur, vt omnes fatentur, vnde si duo sint duplici titulo coniuncti in eodem, vel diuerso gradu, necessaria erit vtriusque coniunctionis mentio, veluti si sint ex parte vtriusque parentis coniuncti in secundo gradu, nempe primos hermanos per dos partes, hoc est duplici secundo consanguinitatis gradu coniuncti, vel vno parentis latere in secundo gradu, & ex altero in tertio, vel quarto, vel sint affines duplici titulo, vel etiam duplici titulo contraxerunt cognationem spirituales, & sic de similibus, vt in legitimatione illegitimi ex adulterio coniuncti cum coniugata, quod subreptitia sit præd. legitimatio, & nulla, nisi virtutesque parentis adulterium narretur, vt cum aliis sustinet, & probant Oldrad. consilio 247. Couarr. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 8. §. 9. numero tertio, Gregor. Lopez in l. vno, verbo non aucta, titulo 18. parva 3. Villalob. in Arario commun. quæ. licet l. verbo legitimatio, numero 13. Rojas in Epitome successorum, cap. 23. numero 17. & 19. Pez de maiorat. in prima editione, prima parte, questione 3. numero sexto, Aluar. Valac. consilio 30. numero tertio, in primo tom. Molin. Theol. de iustitia & iur. tractatum secundo, dispensatione 173. columna 1. vbi sic, hinc colligitur, & alios plures refertens Thom. Sanchez, lib. 8. de matrimonio, dispensatione 22. numero 5. vbi idem probat in propriis terminis de quibus agimus, nempe dispensationis consanguinitatis, & aliorum impedimentorum duplicium, cum Rota nouissimorum volumine 3. lib. primo, decisio 117. num. 1. & lib. 2. decisio 70. numero 1. & alios contra alios, quos retulerat numero præcedent. idem tenet Molin. primo tom. de iustitia, & iur. dispensatione 161. columna 912. versiculo illud, ibi, exprimendum, &c. Sanchez vbi supra, numero sexto, addit, quod nec tacito altero coniunctionis gradu procedit clausula, non obstante, in literis dispensationis apposita, vt reddat ipsam validam suppleens gradum non expressum, vt ibi bene probat.

Et similiter, num. 7. recte addit, quod si affinitas esset contracta ex pluribus fornicationibus cum eadem consanguinea non esset opus exprimere copulam fuisse multiplicatam, sed sufficere affinitatis mentionem, quod procedit secundum ipsum ibidem numero 8. etiam si obtenta Pontificia dispensatione in affinitate, antequam Ordinarius eam exequatur, impetrans iteraret copulam cum eadem consanguinea fornicata a se duccenda in vxorem, quia adhuc valuit dispensatio, eo quod nondum consummata est dispensatio in affinitate, sed ordinarius virtute mandati Apostolici dispensare debet: secus si accideret copula postquam iam dispensauit Ordina-

rius, vel confessor, qui committitur dispensatio in foro conscientie, quia cum prior affinitas sit omnino per dispensationem oblata, contraheretur noua affinitas per hanc copulam, qua nulla est dispensatio commissio, egent ergo contrahere volentes in hac specie noua dispensatione, quod mihi etiam placet.

Temperat tamen Thomas Sanchez, ibidem, numero 9. prædicta, nempe quod titulus dispensatio in aliquo coniunctionis gradu non extendatur ad coniunctionem multiplicatam ex vtroque parente, atque potestas dispensandi in aliquo coniunctionis gradu concessa, extenditur ad eum gradum licet duplicatum, quia dispensatio tanquam odiosa est restringenda: potestas autem dispensandi tanquam fauorabilis extendenda, vt in propriis terminis docent Calder. consil. 1. de consanguin. & affinit. Alexand. de Neuo in exp. quod dilectio ad fin. de consang. & affinit. & ibi Præpos. numero 8. versio. quæro Papa, Felin. in cap. fin. numero 2. de simon. & in cap. si Clerici §. de adulterij, numero octavo, de iudic. Rip. in consil. de rescripti. Gambart. de auctorit. legu. lib. 7. titulo de dispensa. legator. circa matrimon. numero 29. cum sequentibus.

Hæc tamen declaratio duas patitur difficultates, prima est, quia durum, & absurdum videtur, vt maioris potentie sit & fortior in hoc facultas Papæ dispensandi aliam concessa, quam dispensatio ipsius Papæ, cum potius contrarium esset dicendum. Secunda difficultas est, quoniam si hanc declarationem sequamur per eam derogatur præcedenti communi sententia, siquidem regulariter, & vt in plurimum communiter dispensatio ad matrimonium communiter Ordinario loci facienda, ergo de nihilo aut parum seruiet communis sententia.

Nihilominus tamen præfata declaratio vera est, & tenenda hoc temperamento adhibito, nempe, vt procedat, quoties facultas ad dispensandum concessa fuit Motu proprio, secus, si ad petitionem, & supplicationem eorum, cum quibus dispensandum est, concederetur, quia tunc nec enim Commissarius dispensare posset in duplici gradu, sed in vno tantum, & in hoc est, quod voluit Calder. d. consilio primo, ita hanc materiam intellegit, & declarat Isaac. Puteus lib. 2. decis. 39. numero secundo, & decis. Rotæ nouissimor. tertiam partem, lib. 1. decis. 117. numero primo, & secundo, & iterum eodem tertio tom. lib. 2. decisio 70. & voluit quoque Thomas Sanchez vbi supra, d. numero 9. ad fin.

Neque his obstat prima difficultas supra in contrarium proposita, quia dispensatio facta à Papa in præd. specie facta fuit solum in secundo coniunctionis gradu tantum expresso, vnde ex defectu intentionis, & quia dispensatio est odiosa, non extenditur ad vtrumque secundum gradum duplicatum non expressum, sicut neque etiam extenderetur dispensatio Episcopi, cui concessa fuit facultas dispensandi, si vterque gradus sibi non exprimeretur, sed tantum vnus simplex secundus gradus, quia non licet dispensare in duplici, & mixto, non expresso nec articulo, sed tantum in vno simplici sibi exposto, vt constat ex eodem Puteo vbi supra, in fin. Secunda etiam difficultas dissoluta manet ex præd. secunda declaratione.

Is vero cui potestas data est dispensandi in certo gradu, vt in secundo, non poterit si illi adiundus quoque esset alius gradus etiam inferior, vt si contrahentes sint coniuncti in secundo & in tertio etiam gradu, vt quia sunt, primos hermanos, primos segundos, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero decimo.

Nec sufficit aliquando exprimeré consanguinitatis gradum, nisi explicetur esse inaequalis, sed quando inaequalitas oritur ex eo, quod foemina sit spiriti proximior, est quoque hoc explanandum, alias erit subreptitia dispensatio, cum enim foemina sit amita, vel matertera vni, hoc est, *ita supra*, absurdum esset, ac maior difficultas versatur in dispensando inter eos ad hoc matrimonium inendum, vt bene docet Dominicus à Soto in quarto distinctione 40, quasi vnica, articulo tertio, columna 1. versio, quarta demum, ibi: & eadem ratione, folio mibi 328, columna 2. ad fin. & articulo quarto columna penultima, versio, & tertio, folio 327, quia cum consobrinus debeat iure naturae esse subiectus materterae, sique ac superiori reuerentiam praestare teneatur, peruerteretur hic ordo matrimonii inter eos celebrato effecta ipsa, tanquam vxore subditi suo consobriuo, vt obseruat Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. tom. 1. distinctione 161, columna penultima, versio, illud tamen, ibi, quia etiam, columna 914, quod verum merito esse censet Thomas Sanchez dict. lib. 2, distinctione 24, numero 12, quando esset amita, vel matertera in secundo, vel tertio gradu, nempe, *secundo germana, & prima germana del patre, & madre del vxor*, secus si in quarto gradu, vt quia est, *prima secunda deflor*, quia inter hos fere nulla eius superioritatis aestimatio est.

In affinitate tamen, aut publica honestate existimat Sanchez *ubi supra*, & bene, non esse necessarium explicare hanc maiorem foeminae propinquitatem spiriti, sed satis esse inaequalitatem gradus exprimeré, non enim in affinitate, vel publica honestate ea peculiaris reuerentia exhibetur foeminae propinquiori spiriti, quae in consanguinitate, praesertim mortuus iam prima vxore, ac proinde non ita dedecet hoc matrimonium in affinitate, & publica honestate, vt in consanguinitate, vt eiusmodi maioris propinquitatis ad spiritum ex parte foeminae se tenentis sit peculiaris mentio facienda.

Nihilominus tamen in modo praemissa specie necessarium foret exprimeré distantiam graduum esse in linea recta, quoties id ita esse contigerit, vt bene probat assignans exemplum Thomas Sanchez *ubi supra*, numero 14, ubi tamen id non reputat, est necessarium exprimeré in affinitate ex copula fornicaria.

In cognatione spirituali credit numero 15, necessarium esse exprimeré an inter contrahentes sit filiatio spiritualis, nempe, quod alter alterum leuauerit de sacro fonte, aut tenerit in confirmatione, an potius compaternitatis? vt ibi bene probat Sanchez: & numero 16, idem tenet, quando publica honestas oritur ex matrimonio rato, quia tunc non erit satis mentionem publicae honestatis fieri, quando petitur dispensatio in primo gradu, sed est necessarium exprimeré eam ex matrimonio rato ortam: nisi quando ultra primum gradum peteretur dispensatio publicae honestatis, quia tunc non est opus exprimeré, unde orta sit, eum post Concil. Tridentin. sessum, 24, cap. 3, ex solo matrimonio rato possit oriri.

Deinde obseruandum est, quod si errore explicetur Summo Pontifici pro dispensatione consequenda ad matrimonium, maior gradus, nempe vt secundus, cum tamen sit minor, nempe tertius, valebit dispensatio, quia minus includitur in maiori, quo casu in dispensationibus valet argumentum de maiori ad minus, vt dixit Sauch. lib. 8, distinctione 1, numero 20, iuncto numero 35, & in terminis praedictis.

obseruationem tenent Petrus de Ledesma in Summa sacramenti, vbi de matr. cap. 27, post 7, conclusio dubio 1, Manuel Rodrig. in 1, tom. sua Summa in 2, editione, cap. 238, conclusio 3, numero 3, Vega 2, tom. Summ. 34, casu numero 91, in principio, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 8, distinctione 24, numero 17, vbi ad finem hoc verum credit, quamuis data opera id mendacium contingeret, quia non tangit dispensationis substantiam, & ea falsitate non expressa concederetur facilius.

Sed ex conuerso si errore explicaretur gradus inferior, vt quartus, cum tamen sit superior, vt tertius, quantumuis ex ignorantia inculpabili procedat, erit subreptitia, & irrita dispensatio ex defectu intentionis Papae, vt ibi bene probat idem Sanchez numero 14.

Si tamen error contingat in narrando maius impedimentum, cum tamen sit minus diuersae speciei, vt si dicatur, contrahentes esse consanguineos in secundo gradu, cum tamen non sint consanguinei, sed affines in secundo, vel tertio gradu, dispensatio erit irrita, quia vna species ex supra dictis non includitur, nec comprehenditur sub alia, vt ibidem recte tenet numero 19, qui numero vigesimo bene inquit hoc etiam procedere in proximis praecedentibus duabus conclusionibus, licet, sit error communis circa illum gradum, vel impedimentum.

Praeterea adnotandum est, quod licet olim maxima controversia fuerit inter DD. an in dispensationis impetratione super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quando matrimonium contractum distat inter se inaequaliter à communi spiriti, vt si alter distet in secundo, & alter in tertio gradibus, sit necessario faciendum mentio gradus propinquioris, quo alter distat, an potius sit satis mentio remotioris gradus, quibusdam examinatis subreptitiam esse dispensationem in praed. specie non facta illius gradus propinquioris mentione, prout etiam decreuit Pius IV. in quodam suo Motu proprio: aliis contrarium tenentibus, & horum opin. probauerit Gregor. XI. & Clement. VI. Romani Pontifices. Hodie tamen quid tenendum sit, cauetur Motu proprio Sanctissimi Pij V. Summi Pontificis anno Incarnationis Dominicae 1566, 30, die mensis Augusti, cuius literam refert Thomas Sanchez d. lib. 8, distinctione vigesima quarta, numero 23, cum sequentibus post Couart. in 2, secunda parte, cap. 6, §. 10, numero duodecimo, & nos consil. 18, numero 11, & lib. 2, Canon. questionum, cap. 15, numero 128, & alios plures, quos refert, nec refert secundum ipsum, ibi, numero 24, hodie ex consuetudinem, & stylum Curiae, vt is gradus propinquior manifestetur, quia hoc non introduxit stylus, quasi id necesse sit, aduersaretur namque praefato Motu proprio Pij Quinti, sed ad cuiusmodi dubia, & literas declaratorias, quae sunt, necessariae, & hodie ponuntur in praed. dispensationibus his verbis: Distantiam vero secundi gradus praefati eis non oblatre declares, &c, circa quem Motum proprium plura obseruat, dubitat, & declarat Sanchez *ubi supra*, numero 27, cum pluribus sequentibus vsque ad finem praefatae dispensationis 24, apud ipsum videnda, quia ratio in praxi concurrere censo attendo praedicto communi stylo.

An autem sit faciendum mentio in dispensationibus ad contrahendum matrimonium inter consanguineos, & affines copulae inter eos habita, aut expeditam ab Ordinario dispensationem, cui fuit commissio per Papam, siue ea contingat antequam

mittatur Romam ad dispensationem impetrandam vel post, latissime egimus lib. primo Canonis, questionum, cap. 15, quod totum ibi probauimus, numero 10, cum sequentibus, nempe esse subreptitiam, & iteum sit dispensandum super praed. copula, vt sic contrahentes sint securi in conscientia, & post nos Thomas Sanchez d. lib. 8, de matrimonio, disp. 25, per totum, qui numero 8, in omnibus nostram sententiam probat, & sequitur tanquam longe veriore, & alia in proposito opportuna adducit, & declarat praecipue numero 11, & numero 14, cum sequentibus.

Quod quando incestus esset occultus, non oportet eius mentionem fieri in dispensatione pro foro externo proposita: sed satis esse petere eius dispensationem in sacra Pœnitentiaria, explicata quoque ibi consanguinitate, vel affinitate publica, super qua aut dispensauit, aut est dispensaturus Summus Pontifex, vel quod ab eo petenda est dispensatio, secundum Galleg. & Nauar. quos ibi ad hoc citat, esse verum.

An autem quando Summus Pontifex in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis apposuit illam conditionem: dummodo copula non interuenierit, possit iudex Commisarius iuste interrogare contrahentes volentes de praed. copula, & ipsi possint eam negare si fuerit occulta? agunt multi DD. resoluentes non teneri contrahentes illam fateri: eo quod is incestus occultus sit, ac proinde valere dispensationem negata copula, & quod iudex non iudicet interrogari: hi sunt Nauar. lib. 4, consil. in prima editione tituli de sponsal. consil. 2, in fine, & in 2, editione tituli de consang. & affini. consil. 10 in fine, Salzed. in addit. ad praed. Bernard. Diaz. de Lugo, c. 126, in noua editione, colum. 17, versio, unde merito, Quand. in 4, distinctione 41, distinctione vni. immoderate ante 12, propositionem, Emanuel Saa in Summa verbo dispensatio, numero 11, Henriquez lib. 12, de matrimo. cap. 2, numero 7, Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 56, articulo vltimo, dubio 2, difficultat. 3, conclusio 2, & in Summa vbi de matrimonio, cap. 27, circa primam conclusio dubio 4, Manuel Rodrig. in primo tom. sua Summa in 2, editione, cap. 238, numero 8, in fine, Vega in 2, tom. sua Summa, cap. 34, casu, 97.

Ceterum retenta nostra sententia, quae habet incestum occultum esse explicandum in dispensatione, vt ea valida sit, dicendum est, ius esse iudici de eo interrogandi, & teneri eos fateri, aut si fateri nolint, cum copula percellerit, quae non fuit narrata, non debent vt in dispensatione obrepta tanquam subreptitia ob non declarationem in ea incestum: non enim ea interrogatio eo tendit, vt illi puniantur, sed vt impediatur vsus dispensationis subreptitiae, & matrimonium irritum, vt docet Sanchez lib. 3, de matrimo. disp. 14, numero 3, & d. lib. 8, distinctione 25, numero 15, post Manuel Rod. in tractatu de Ordin. iudicior. cap. 16, conclusio 4, numero 4, in fine, quem citat: ego nunquam in similibus dispensationibus expediendis, prout infinitas expedierim, vt officialis Ordinarius Ciuitatis, interrogari contrahentes volentes non adiecta tali conditione copulae in eis, an eam commisserint necne? siquidem hoc non continebatur in eis, nec meum iudicium esse facere similem interrogationem; quando nulla suspicio est, quod copula intercellerit, ipsi contrahentes hoc vident, si tamen aliud mihi alias constaret, minime dispensarem absque noua dispensatione copulae.

Si tamen contraria nostra sententia sequenda esset asserendo esse problemam, vt fatetur Sanchez ibidem numero 6, in fine, & numero 8, in principio (quam ipse minime probat nec censo probari posse, nec admittendam esse in iudicando nec consulendo:

tamen non caret fide aliorum) quae habet, non impediri valorem dispensationis tacito incestu, vtriusque opinio numero praecedenti relata in veteri. An autem, quando Summus Pontifex, quinimo, & omni potius vacare culpa negare incestum illum etiam cum iuramento tenet Sanchez *ubi supra*, d. numero 15, ad fin. quia id iuramentum est verum in eo sensu, non feci incestum, vt subsistat huic foro externo, in quo iudex rogat, nec iudex roget iuridice, sed heque hoc probat, nec etiam quod dicit numero 16, nempe, quod si esset alia occulta dispensatio impetrata pro foro conscientiae pro incestu illo, non tententur tunc contrahentes fateri incestum occultum huiusmodi, vt probauit quoque idem Author d. lib. 3, distinctione 14, numero 4, & idem quando tunc non esset impetrata pro foro conscientiae, ac contrahentes nolunt ea dispensatione vt donec aliam pro foro conscientiae impetrent, cum enim longe verior, & tenenda sit nostra supra dicta sententia in articulo principali, prout fatetur Sanchez, quinimo certa, & vera, & approbata à Reuerendis Cardin. deputatis à Summo Pontifici ad interpret. dubiorum Decret. Sancti Concil. Trident. vt praediximus d. lib. 1, cap. 15, numero 24, quare sequenda est haec secunda: altera opinio in foro externo nec in conscientia, ratione peccati ex perituro oritur, praesertim cum attenta praefata declaratione Cardin. contrariae sententiae aduersus nostram principalem praefatam iam minime dici possunt probabiles.

Tandem Sanchez d. lib. 8, disp. 25, num. 17, cum duobus sequentibus agit de intellectu clausulae communiter consuetae apponi in similibus dispensationibus matrimonialibus, dummodo foemina propter hoc raptam non fuerit, sed quia parum dubium in hoc versatur, hic non agimus de ea.

CAPITVLVM CXXV.

An & quando commissio dispensandi in matrimonij impedimentis, & quacunque alia potestas delegata expiret morte, vel cessatione officij persone, cui commissio est, vel delegata, re integra?

S V M M A R I V M.

- 1 Commissio tribus modis potest potestate delegata alicui, vel nomine proprio Commissarij expresse, vel designata, vel utroque simul, & quibus consuetudinis id colligatur?
- 2 Es quando morte Commissarij extinguitur, numero sequentibus.
- 3 Commissio seu delegatio facta Vicario seu officiali Episcopi an eo mortuo, vel reuocato transeat ad successorem.
- 4 Commissiones, & delegationes factae Vicariis Capitulis sede vacante, vel habentibus inuocationem quasi Episcopalem an transeant ad successorem?
- 5 Commissiones factae a Legato etiam a latere sub nomine dignitatis non transeant ad successorem.
- 6 Commissio facta a Canonico alicuius Ecclesiae non transeat ad successorem, praeterquam ex mente Pontificis, vt hic.
- 7 Commissio facta Canonico, qui iam resignauerit Canonatum an transeat ad successorem?
- 8 Commissio continens nudum ministerium seu nudum facti executionem an transeat ad successorem.
- 9 Commissio facta sub nomine dignitatis, remanendo facti.

- 9. *Commissio facta alicui sub nomine proprio, & dignitate an transeat ad successorem.*
- 10. *Commissio facta officiali D. resano dispensandi in impedimento matrimonij, vel in alio velus an transeat eo renouato ad successorem?*
- 11. *Commissio facta officiali, vel Vicario Episcopi non potest expediri per Episcopum etiam officiali renouato.*
- 12. *Vicaria, cui facta est commissio, an possit eam expedire postquam desit esse Vicarius?*
- 13. *Commissio facta Vicario, vel officiali talis Diocesis, non expresso quod sit Vicarius Episcopi, an expediri possit per Vicarium Capituli sede vacante circa dispensationem matrimonialem, vel aliam?*
- 14. *Vicarius Episcopi capta possessione Episcopatus, non tamen consecrati, an possit esse dispensationes matrimoniales. & alius commissus Vicario seu officiali Episcopi simpliciter.*
- 15. *Officialis Episcopi, qui seculi pronunciauit rescriptum sibi commissum esse subreptum, an possit amplius se in causa intrinsecare? & sic reuocare suam huiusmodi sententiam?*
Et quid e contra. eodem numero.
Et an tanquam Ordinarium id possit? num. 16.
- 16. *Confessor semel electo rursus in eius sacra Pœnitentaria ad dispensandum in impedimento matrimonij an possit elector illa dimisso aliter eligere? & numero sequenti.*
- 17. *Episcopus an possit Vicarium specialem constituere, ut de sua delegatione cognoscat?*
- 18. *Officialis Episcopi, cui est commissio dispensatio, quibuscumque verbis, de quibus hic potest aliquid mutare receptionem testium ac informationem.*
- 19. *Commissioes circa dispensationem matrimonij in impedimento matrimonij in foro externo, & confessor in foro anime an morte concedentis expremi.*
Et quid si tempore mortis committentis res iam non erat integra, num. 22.
- 20. *Dispensationes que a Legato Apostolico vel a Summo Papa Pœnitentiario sunt, non expirant morte Papæ & integræ.*
- 21. *Præmissa, & in alij virtute Bullæ Cruciatæ concessa, & alia, de quibus hic, non expirant morte Papæ ea concedentis.*

Tribus modis potest committi potestas delegata alicui: primo expresso solo nomine proprio delegati: vt committimus Petro, vel Ioanni: secundo, expresso solo nomine dignitatis, vt committimus Episcopo Cuiatensi, vel aliunde: tertio expresso vtroque, vt committimus Petro, vel Ioanni Episcopo Cuiatensi, ex quibus apparebit, quando commissio huiusmodi personalis sit, quando vero realis: si enim personalis sit, cessabit eius morte, si autem realis non extinguetur morte delegati, vt ipse realis, vel officio concessa, sed transeat in personam succedentem in eo officio, vel dignitate: ex coniecturis ergo deducetur, quando commissio censetur facta dignitati seu officio, & sic realis sit, quando autem personalis.

Ad coniecturandum igitur an commissio sit personalis, vel realis, non quidem principaliter specandum est, an delegato fiat expresso nomine

delegati, an vero eius dignitate, hæc namque inspectio est vltimum remedium, scilicet, quando ex subiecta materia, vel ex aliis verbis in commissione contentis id deduci nequit: prius igitur sunt alia verba, & subiecta materia perpendenda, & quando illis perpensis res dubia manet, id iudicandum est ex nominis proprii delegati, aut eius dignitatis expressione.

Vide si verba, vel materia subiecta indicant commissionem, seu delegationem esse personalem, sic erit iudicandum, & si solus dignitatis delegati mentio fiat, veluti si Papa committat causam Episcopo Cordubensi solo dignitatis nomine expresso, declarans se illi committere ob peculiarem scientiam ac sanctitatis notitiam, quam de illo habet, vel item si fuit excommunicatus Episcopus Cordubensis solo dignitatis nomine expresso: tunc namque manifestum est, excommunicationem esse personalem, & non tranfire ad successorem, quia hoc perit subiecta materia excommunicationis, cum ob solum personale delictum ferri potest: hæc doctrina est Ioan. Andr. in regula prælegium de regul. iur. in 6. & ibi Anchar. numero primo, columna 2. & consil. 327. numero 5. & 6. Abb. consil. 92. numero 1. & 2. lib. 2. & in cap. mandata, numero 1. de præscripti, & in cap. quoniam Abbas, numero 8. de officio deleg. & ibi committit DD. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 15. numero 2. & latissime alios allegans idem Couar. in cap. requiritur, numero 1. cum sequentibus de testam. Barbosa in l. quia tale 14. n. 41. ff. solut. matrim. Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 27. numero 3. In dubio autem in hac materia, præsumptio respiciens personam præferenda est præsumptioni respicienti dignitatem, ita tenet Decius in d. cap. quoniam Abbas in noua editione, numero 36. quem in effectum sequitur ibi Berolius, numero 8. satisfaciens difficultatibus contrariis, etque verissimum secundum Thomam Sanchez vbi supra, numero 2.

Semotis autem coniecturis verborum, & quando materia subiecta aliud non expolcit, sed omnibus pensatis, res est dubia, hæc regula seruanda est, vt si solum personæ delegati nomen exprimitur, erit commissio personalis, ac morte ipsius delegati extinguetur delegatio, & commissio: si vero nomen dignitatis, vel officij solum exprimitur, commissio erit realis, & eo delegato mortuo transeat ad successorem in ea dignitate, vel officio, ita deciditur in dict. cap. quoniam Abbas, & ibi gloss. Abb. & committit DD. est communis hæc distinctio, secundum Flamin. Paris. de resignatione benef. lib. primo, questione 11. numero 16. & Sanchez vbi supra, numero 6. vbi numero 7. cum communi contra Angel. tenet, quod præd. regula procedat etiam si ille, cui facta fuit commissio realis, decedat re integra, sicut transeat ad successorem re non integra decedente priore.

Verum illa questio in proposito est scitu dignissima an commissio seu delegatio facta Vicario seu officiali Episcopi, eo mortuo, vel reuocato transeat ad successorem eiusdem officij? quam pro vtraque parte cum suis fundamentis, & Authoribus examinat Thomas Sanchez vbi supra, numero 8. cum sequentibus, & numero 10. resolutum cum Abb. in dict. cap. quoniam Abbas, numero 11. de officio delegat. quod licet proprie, & stricte Vicarius Episcopi non habeat dignitatem, atque ita in rigore commissio illi facta sub nomine dignitatis non transeat ad successorem: propter mentem tamen Pontificis volentis vere considerare Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine Vicariatus, bene transeat commissio in successorem, præterquam quod praxis ipsa hoc testatur, de qua ego sum testis, quia

quia sepius hoc vidi seruari in praxi, & seruari, quod etiam suadet prudens, ac suavis Ecclesiæ gubernatio, cum enim commissiones dispensationum in foro exteriori dirigantur semper officiali diocesano, si personales essent, passim perirent magnæque expensæ herent in impetrandis aliis recriptis, & partium dispendia sequerentur, his igitur obuiare volens Pontifex, Vicario seu officiali Episcopi causam committit sub nomine tribunalis Episcopi, vel dignitatis eius, & iuxta hanc sententiam fuit resolutum in Rota in vna Senen. Canonice, & Præbendæ D. Reumano die 25. Octob. ann. 1546. teste Puceo de cessione 487. lib. 2. prout refert Flamin. Paris. de rescript. benef. lib. 3. questione 11. numero 17. & 18. & hæc sententia est æquior, & in praxi recepta eamque sequuta est Rota, vt affirmat alios allegans nouissime post Sanchez Nicol. Garcia Canonicus Abulen. de benef. 6. parte, cap. 2. numero 34. cum sequentibus: respondens contrariis adductis per ipsum numero 32. & 33. præcedentibus, vbi resoluerat negatiuam sententiam esse communem, & magis communem Legistarum, sed nihilominus hæc nostram affirmatiuam probat numeris sequentibus.

3. *Qua ratione idem probat Sanchez in Vicariis Capituli sede vacante. & Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in sua Diocesi, ita vt nulli substat Episcopo, commissiones enim huiusmodi Vicariis directæ sub nomine officij transeunt ad successorem, cum militet eadem ratio, & praxis ipsa ita docet, vt testatur ibidem præd. Author ad fin. d. numero 10. & probat latius ibidem num. 34. Sed de Vicariis Capituli sede vacante late nos agemus infra hoc cap. in versic. 4. Vicarium, n. 13.*

4. *Commissiones autem factæ Legato etiam à latere sub nomine dignitatis non transeunt ad successorem, sed cum persona Legati extinguntur, quia Legati dignitas non est perpetua in Ecclesiâ, sed ad nutum, & simplicem Pontificis reuocabilis, atque ita finita legatione, non dicitur vacare dignitas, sed semper de nouo per Pontificem creatur, & bene probat Sanchez vbi supra, num. 11. vbi num. 12.*

5. *Idem probat cum aliis in commissione facta Canonico alicuius Ecclesiæ: nempe, vt non transeat in eius successorem, quia Canonico eum proprie non habet in rigore.*

Addit tamen, quod ex mente Pontificis bene transeat in successorem illius Canonici ex supradictis in successore Vicarij Episcopi.

6. *De Canonico autem resignante, quod ipse resignans possit post resignationem cognoscere, si tempore commissionis erat Canonici, vel in dignitate illa constitutus, tenet glossa in cap. statutum, verbo Canonico, versiculo & si tempore data. de rescript. lib. 6. & est verior, & communis sententia, vt contra Abb. late probat respondens contrariis Flamin. Paris. vbi supra, numero 6. cum sequentibus. Quæ commissio sententia vera est, & procedit quando commissio est personalis, secus si realis sit; tunc namque transeat in successorem, vt cum aliis late probat, & declarat Thomas Sanchez vbi supra, numero 22. cum sequentibus.*

7. *Limitatur tamen regula communis supradicta in eius secunda parte, quia habetur, quod commissio facta dignitati transeat ad successorem, vt procedat, quando commissio illa iurisdictionem aliquam continet, secus si sit nudum ministerium, seu nuda facti executio, quia in iurisdictionis commissionis attenditur præsumpta pericia eius, qui eam dignitatem habet, quicumque ille sit, at in nudis ministerij commissione sola certe personæ affectio, & confidentialia; ita tenet cum Innocent. in cap.*

fin. de officio Delegat. Bart. in l. more in fin. numero 19. ibi: aut committitur aliquod negotium, ff. de iurisd. diuisione omn. iudic. & ibi laf. numero 65. idem Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba numero quarto, ff. de vulg. & pupill. substitutione, & ibi Innocent. numero quinto in fin. & numero sexto. Ioan. Andr. in cap. fin. numero 2. de officio delegat. & ibi Anton. §. vltim. numero 25. Berolius in cap. quoniam Abbas numero 111. eodem titulo. Anchar. in cap. si grauior numero septimo, de rescript. in sexto. Ruyons consil. 115. numero nono, voluitne prima, & consil. 63. numero quinto. versic. neque obstat, volumine quarto, & hanc sequuntur simpliciter Scriben. præsupponentes esse communem, vt refert Curt. lun. in dict. l. more, numero 99. addit tamen non esse communem; imo refert plures distinguentes hæc in iurisdictione: Ioan. tamen Oroscius ibidem, numero 22. refert Abb. & alios aliter intelligentes dictum Innocent. allegatum per Bart. vbi supra & res vera Innocent. in d. cap. fin. numero 4. loquitur in casu, in quo ex verbis constat electam esse industriam personam, in quo omnes farentur, eam esse personalem, & non tranfire ad successorem. Præterea contra præfatam priorem sententiam facit, quod nulla congrua differentie ratio assignari potest in præmissa specie cum enim dignitas, cui commissio facta est, non moriatur, sed ea in successore maneat, dicendum esse & ad successorem tranfire siue commissio illa sit alicuius iurisdictionis seu nudæ factæ, vel ministerij, aut solius executionis, & ita merito hanc partem contra priorem tenet in dict. cap. fin. numero 11. de officio deleg. & ibi Abb. §. vltim. in fin. Card. questione septima. Imol. numero 20. Anchar. numero 3. Felin. numero octauo, limit. prima. Menoch. de arbit. lib. primo, questione 68. numero 23. qui omnino videntur esse ad numero 4. & hanc tenent quocumque alij DD. quos refert, & sequitur dicens hoc esse verius Thomam Sanchez d. lib. 2. disputations 27. numero 14. vers. ac verius est.

Secundo limitandum esse censet præfatam regulam communem laf. in d. l. more numero 65. ff. de iurisd. omnium iud. nisi ille, cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sanguine aut frid. amicitiæ vinculo cum delegante, quia tunc erit personalis hæc delegatio, nec ad successorem transeat, vt ibi latius nituntur hoc probare: sed isthæc limitatio similiter vera non est, vt bene probat Sanchez vbi supra, numero 15. vbi numero 16. aliam præsentat limitationem ad priorem partem præd. regulæ communis, nempe quando commissio fit nomine solo personæ delegatæ expresso, reprobat resoluens tunc esse personalem commissionem, & non tranfire ad successorem; licet delegatus sit incognitus deleganti, & cum his sunt expediti duo priores casus commissionis, & delegationis. Primus, quando commissio seu delegatio fit solum delegato, eius nomine tamen expresso: secundo quando fit dignitati.

Superest nunc tertius casus mixtus explicandus, nempe, quando commissio, vel delegatio fit expressis simul nominibus dignitatis, & personæ delegatæ, an tunc in dubio fit personalis, vel realis? & in hoc multæ sunt opinionēs: glossa namque in l. cum ita 93. verbo hæredes, tenet censeri commissionem realem dignitati factam ac proinde tranfire ad successorem.

Bart. vero in d. l. more in fin. ff. de iurisd. omn. iudic. tenet inspiciendum esse, quod ex his nominibus procedat in commissione, vt si id fit proprium, commissio fit personalis, nec tranfire ad successorem; si vero dignitatis nomen præcedat, tunc fit realis commissio, vel delegatio: quam sequuntur ibi Decius, num. 57. laf. 61. Curtius Iunior in fin. Zasius etiam

In fin. Iacob. in prima leſura, numero 33. Anchar. in cap. ſi gratuſe numero 6. in fin. de reſcript. in 6. Imol. in l. ſi ſeruum communi, numero 2. in principio, & ibi Ang. ſuam in principio, ff. de ſtipul. ſeru.

Alij autem diſtingunt in hunc modum, vt ſiquidem committens notitiam habeat eius, cui committit: & tunc commiſſio ſit perſonalis, quando precedit nomen proprium, realis vero, quando precedit dignitatis nomen, aut non habet notitiam perſonae, & tunc cenſetur commiſſio realis facta dignitate, quodcumque nomen precedat, ita tenet Bart. in d. l. ſi ſeruum communi, numero vnic. Abb. conſil. 93. in ſu. lib. 2. & in cap. mandata, numero 1. de praſumpt. & in d. cap. quoniam Abbas, num. 8. & ibi Cardinal. quaſtione penult. Decius in noua editione, numero 47. & 48. vbi Beroi, numero 91. eam dicit communem. eam quoque tenet Gregor. Lopez in l. 47. titulo 18. part. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quaſtione 88. numero 16. & 17. & alij.

Vera tamen ſententia, atque tenenda in hoc articulo eſt, quod ſemper huiusmodi commiſſio ſit perſonalis, ſive praerogatur nomen delegati, ſive dignitatis, ac proinde non tranſire ad ſucceſſorem. Ita tenet Imol. in d. cap. quoniam Abbas, numero 8. in fin. & ibi Bellamera quaſtione 4. numero 13. Flamin. alios allegans d. lib. 1. de reſign. benef. quaſt. 11. num. 12. vbi citat Bero vbi ſupra, num. 91. & 92. dicentem eam eſſe communem. & in puncto iuris veriore, & num. 13. inquit Flamin. quod ſi precedit nomen proprium. abſque dubio delegati dicitur perſonalis, eandem quoque ſententiam ſequitur. & late comprobat alios allegans Thom. Sanch. d. lib. 8. diſput. 27. num. 20. vbi num. 21. eam limitat. niſi commiſſio ſeu diſpoſitio ſecundum alterum intellectum redderetur omnino inutilis. tunc enim in dubio cenſeri debet ſpectatum id nomen, ſive proprium, ſive dignitatis, iuxta quod diſpoſitio eſt valida, & utilis, vt ibi probat ponens exemplum Abbas in d. cap. quoniam Abbas num. 9. vt ibi per eum.

10 Deueniamus nunc iam ad commiſſiones diſpenſandi in impedimentis matrimonij, vel in alijs rebus, quae ſolent committi officiali dioceſano, an tranſeant eo reuocato ad ſucceſſorem, vel abſolueret remotor in quo primo obſeruandum eſt.

Nomine officialis dioceſani intelligi Vicarium Generale Episcopali illius dioceſis, vt patet ex Clementina 2. de reſcript. iuncta gloſſa verbo officialis: & in cap. 1. & 2. de officio Vicar. in 6. & in cap. ſin. eodem titulo. & hoc experientia quotidiana docet.

11 Secundo, quod commiſſio huiusmodi facta officiali, vel Vicario non poteſt expediri per Episcopum etiam officiali remoto: tum quia aperta differentia eſt inter Episcopum, & eius officialem. vt conſtat ex cap. venerabilibus. in principio, de ſententia excommuni. in 6. ibi Archiepiscopo, vel eius officiali: tum etiam, quia etſi idem ſit tribunal Episcopali, & eius Vicarii, ita tamen eſt verum in cauſis, quae iure ordinario competunt Vicario, ſecus in ei delegatis ſpecialiter, vt pluribus Authoribus citatis affirmat Thomas Sanchez d. lib. 8. de matrimon. diſputatione 27. numero 30. id quod in praxi iam vidimus his diebus obſeruatum, & declaratum a Summo Pontifice in quadam commiſſione facta Vicario Episcopali. ſed eam expediuit Episcopus. conſului eam expeditionem eſſe nullam. ac proinde oportere impetrari gratiam perinde valere a Papa, & poſtea fuit obſerata, in qua prioris expeditionis nullitas fuit declarata praed. ratione.

12 Tertio obſeruandum eſt, quid ſit dicendum quando idem Vicarius creatur Vicarius eiusdem dioceſis. vel alias definit eſſe Vicarius, an poſſit de cauſa illa ſibi commiſſa tempore Vicariatus cognoscere,

vel diſpenſationem eam exequi? nam ſiquidem commiſſio facta fuerit in forma ordinaria, dicendo officiali talis loci, non poterit commiſſionem proſequi, poſtquam deſiit eſſe Vicarius, quatinus factus ſit Episcopus eius dioceſis, ſed tranſit ad ſucceſſorem in Vicariatu: ſi vero commiſſio fuit perſonalis poterit de ea cognoscere ceſſante Vicariatu, vt deducitur ex ſupradictis. & cum alijs in terminis probat Sanchez vbi ſupra, numero 31. id aliquibus modis limitans.

Quarto, Vicarium Capituli ſede vacante poſſe eam diſpenſationem expedire, & de quouis ſimili delegatione cognoscere, quando commiſſio non ſit Vicario, ſeu officiali Episcopali, ſed officiali talis dioceſis, vt probat Sanchez vbi ſupra, numero 32. & nos quoque hoc ſape in praxi obſeruatum tanquam Vicarius Ciuitatis, Quinimo idem practicum eſt in ſimili ſpecie in alijs Episcopatibus Hiſpaniae, in quibus Vicarii Capitulum ſede vacante ſimiles diſpenſationes. & commiſſiones expedierunt, vt inquit Nicol. Garſ. Canonicus Abulenſ. de benef. 6. parte. cap. 2. numero 42. & 43. vbi adducit fundamenta huius partis.

Nihilominus tamen ipſe ibi numero 44. inquit contrarium eſſe tenendum, vt certum, attento ſtylo Curiae, & Cancellariae, quae ſede Episcopali vacante non dirigit huiusmodi literas in forma dignum, nec diſpenſationes, &c. officiali Capituli, quia non conſidit de illo, ſed Episcopum viciniore ſeu eius officiali, de quo ſtylo teſtatur Hieronym. Paulus in pract. Cancellar. in principio, verſ. circa qualiteram perſonarum, & quod eſt notiſſimum omnibus in Curia mediocriter verſatis, & apparet ex literis, quae huc tranſmittuntur directis viciniore, vt ibi late probat, & numeris ſequentibus adducit plures deciſiones Rotae, quibus hoc idem decretum fuit: quibus attentis eiusdem ſum iam ſententiae, nec exiſtens officialis Capituli ſede vacante admitto ſede Episcopali vacante ſimiles diſpenſationes matrimoniales. quia ex defectu intentionis Summi Pontificis videtur partibus non ſuffragari, niſi Papa ſcienſ ſedis Episcopalis vacantis eas conſulto committeret officiali illius Episcopatus vacantis. tunc namque eius intentionis manifeſte eſt videtur, vt ea expediat officiali a Capitulo rite deputatus.

Idemque eſſet ſecundum Garſiam vbi ſupra, numero 49. ſi huiusmodi literae, & executiones ſolerent etiam committi, & delegari officiali Capituli, tunc namque nomine officialis Ciuitatis, veniret etiam officialis Capituli ſede vacante: eſt tempore datae non eſſet officialis Capituli ſed Episcopali, quia eo mortuo tranſfret delegatio in officialem, vel Vicarium Capituli tanquam ſucceſſorem in Vicariatu Ciuitatis. nec hoc eſt contrarium ſupradictis, quia nunc loquimur, quando eſt conſuetudo committendi, & delegandi praed. cauſas officiali Capituli ſede vacante. tunc namque, & eo caſu etiam ſi ſimpliciter nunc committantur officiali Ciuitatis, poterit eas exequi officialis ſede vacante, & ad ipſum quoque tranſibit huiusmodi iuriſdictio delegata, etiam ſi tempore datae non eſſet officialis Capituli, ſed Episcopali. tanquam eius ſucceſſorem in Vicariatu: ceſſante vero praed. poſteriori loco relata conſuetudine committendi, & delegandi officiali ſede vacante, erit obſeruanda principalis de hac re opinio Garſiae praedictae. quae habet vt iuxta ſtylum Curiae, & Cancellariae praedictae, officialis Capituli non poſſet cognoscere, nec vt dictis literis, nec in eum tranſire iuriſdictio delegata vno modo, nec alio.

Quinto hic dicendum eſt, quod officialis Capituli ſede vacante non poſſit cognoscere de cauſa

cauſa omiſſa officiali Episcopali, ita tenet Felin. in cap. iam te, numero 17. verſiculis, factum, quia haec eſt poteſtas delegata, nec Vicarius Capituli eſt vere Vicarius Episcopali item quia Capitulum ipſum nequit de hac cauſa cognoscere, vt eſt notum, & veriſſimum: ergo a fortiore nec eius Vicarius, quia nemo poteſt plus iuris tranſferre in alium quam ipſe habet, vt in regula nemo patet plus 79. de reg. iur. in 6. & hanc tenet. & ſequitur alios plures allegans Nicol. Garſ. vbi ſupra, numero 41. vnde cauendum eſt a Thoma Sanchez vbi ſupra, numero 33. tenent contrarium. quibusdam priuatis fundamentis, minime quidem vtgentibus, quem merito improbat Nicol. Garſ. vbi ſupra, ad fin. d. num. 41.

14 Sexto ex ſupradictis conſtat, Vicarium Generale Episcopali confirmatum (intellige capta poſſeſſione Episcopatus iuxta formam extrauagantis iniunctae de electione, in communibus) nondum tamen conſecrari poſſe diſpenſationem hanc ad matrimonium celebrandum exequi, eo quod nullus alius ſit illius Dioceſis officialis, & hic capax ſit harum delegationum, vt tradunt gloſſa in Clementina 2. verbo Episcopali de reſcript. & ibi Anchar. num. 1. in fin. & Bonif. num. 33. licet Imol. num. 20. cum Anton. quem referent, tunc eſſe non eſſe hunc capacem, ſed multo verius eſt cum eſſe capacem, vt bene probat Sanchez vbi ſupra, num. 31.

Septimo deducitur, quod ſi duo ſint officiales Episcopali, & delegatio fiat ſimpliciter officiali, & alter ex illis eſt principalior, illi ſolli cenſetur commiſſio facta. vt conſtat ex Clementina 2. de reſcript. & ibi gloſſa verbo principalis. Imol. num. 10. & probat Sanchez vbi ſupra, num. 36. vbi num. 17. agit quid cenſendum ſit, quando vitioſe eſſet aequae principalis, & nullus deſignaretur in reſcripto.

15 Quod ſi officialis Episcopali ſemel pronunciauit reſcriptum eſſe ſubreptitium, & ſic non poſſe virtute illius diſpenſari in matrimonij impedimento. non poterit amplius ſententiam retrahere. eſt ſe deceptum inuenieri, de aduendum erit Pontifex, qui delegauit, ſi tamen e contra pronunciauit legitimam eſſe diſpenſationem, & poſtea, ſue inito, ſue non inito matrimonio virtute illius diſpenſationis, inueniat ſe deceptum, vel erraſe, non poterit, in quantum Delegatus, cauſam iterum aſſumere, eo quod iam fuit ſunctus officio Delegati.

16 Sed tanquam Ordinarius poterit cauſam iterum aſſumere, & impedire matrimonium in eundem. vel iam initum diſſoluere non cognoscens, nec iudicans de prioris ſententiae viribus, quam vt Delegatus pronunciauit, id enim ſolius eſt Pontificis delegantis: ſed habebit ſe ac ſi nulla eſſet ſententia. & cognoscet de matrimonio contracto, validum ſit, necne, vel an poſſit contrahi, quemadmodum poterit cognoscere de quouis alio matrimonio male inito, ita probat, & tenet Sanchez vbi ſupra, numero 39.

17 Sed quid erit quaerſo de diſpenſationibus, quae in foro conſcientiae committuntur expedienda conſeſſori per reſcriptum ſacrae Penitentiariae? & non poſſe penitentem, vbi ſemel literas cuidam conſeſſario praefentauit, illum eligens, vt diſpenſationem exequatur. alterum eligere, eo dimiſſo etiam de prioris conſeſſarii conſenſu probat, & tenet Nauar. lib. 1. conſil. in ſecunda editione. titulo de officio Delegati, conſil. 8. numero vnic. melius tamen, & qui uis exiſtimat Sanchez d. lib. 8. de matrimon. diſput. 27. numero 40.

18 Non tantum vbi penitens ſemel literas praefentauit cuidam conſeſſario, ſed etiam poſtquam ab eo pronunciauit ſue diſpenſationem eſſe ſubreptitiam, poſſe impetrantem adire alium conſeſſarium,

qui forte ſit in ea opinione, vt reſcriptum valeat, imo poſſe eundem conſeſſarium re melius perſpecta diſpenſationem illam mutata ſententia exequi: quamuis ſi ſemel diſpenſauit, non poſſit recantare paenodiam, eo quod iam diſpenſatio conſummata ſit.

Episcopus non poterit Vicarium ſpecielem conſtituere, vt de ſola delegatione cognoscat, vt bene probat Sanchez vbi ſupra, numero 42. at ſecundum ipſum numero praecedenti, Vicarius Generalis ſubſtitutus a Vicario Generali Episcopali cum poteſtate ſubſtituendi, & creandi alium Vicarium Generale poterit delegationem Vicario nomine dignitatis commiſſam exequi, ſicut ipſemet Vicarius poterat.

Officialis autem Episcopali, cui delegatur per reſcriptum diſpenſationis, diſpenſatio in matrimonij impedimento (non obſtante clauſula illa, ſi preces veritatis niti repereris, ſuper quo conſcientiam tuam omeramus, vel diſcretionis tuae, de qua in his ſpecialibus in Domino fiduciam obtinemus) poterit receptionem teſtium, ac informationem alii committere, vt ſit quotidie, non tamen iſtam diſpenſationem, vt recte, & late probat, & reſoluit Sanchez vbi ſupra, numero 43. vbi reſpondet text. in cap. ſin. §. vltim. de offic. Delegati, & alijs difficultatibus.

Nunc videamus, an commiſſiones diſpenſandi in impedimentis matrimonij alijs rebus, quae in foro exteriori Ordinarijs committuntur, in interiori autem animae conſeſſario, expirent morte concedentis re integra? Haec quaſtionem latiſſime examinat pro vtraque parte Thom. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſputatione 28. numero 86. cum ſequentibus primo partem affirmatiuam, deinde num. 87. cum ſequentibus negatiuam, nempe non expirare concedentis mortem re integra probabiliorem reputat, probat & ſequitur, quamuis priorem affirmatiuam valde probabilem eſſe cenſeat: ſed negatiua hoc fortiſſimum fundamentum eſt, quod quando in literis gratiae in alicuius fauorem conceſſis miſerit exequutus eſt voluntarius, vt pote, cui non praecipitur, vt exequatur, ſed ſola exequendi facultas conceditur non fauore ipſius, ſed eius, cui gratia eſt concedenda, tunc eſt gratia factenda, ac proinde expirat morte concedentis re integra, at quando eſt exequutus neceſſarius, vt pote qui exequi iubetur, ſi preces veritate nitantur (vt contingit in commiſſionibus impedimentorum matrimonij) tunc eſt gratia facta, ac proinde non expirat morte concedentis re integra, vt ibi late probat, & allegat hanc negatiuam, & vtram opin. tenentes, Hieron. Paul. in Pract. Cancellar. tit. declaratoria ſuper penitente, ſeu vovente, §. Praeſentiffime. Doctor Rebuffus in concordat. vbi de mandato, Apoltolic. §. 1. in verb. ſus Pontificatus, verſ. licet quidam DD. Maiol. l. 5. de irregul. cap. 5. num. 6. Suarez de cenſur. diſp. 21. ſeſtione 2. in fin. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 21. num. 7. & lib. 12. de matrimon. cap. 2. num. 5. & cap. 3. num. vltim. Petrus de Ledefma, Manuel Rodrig. & alij, quos ibi refert.

Illud quoque in materia obſeruandum eſt, quod 23 ſiue commiſſiones diſpenſandi ſint gratiae factae, vel faciendae, ſi Commiſſarius iam diſpenſauit ad matrimonium, vel ad ordines, & antequam is, cum quo diſpenſatum eſt, vtatur diſpenſatione, iniens matrimonium, vel recipiens ordines, diſpenſans obijt, diſpenſationes huiusmodi non pereſcit, quia res non erat integra tempore mortis, & praeterea quia cum iam ſemel diſpenſatio ſit legitime facta, non retrahatur ex ſuperueniente facto, vt cum Federic. Roſel. Ang. Sylu. Tabiena, Armilla tenet Sanchez vbi ſupra, numero 91.

Similiter diſpenſationes, quae a Legato Apoltolico, vel a Summo Papa Penitentiario ſunt, expirant